



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Encomium D. Dionysij Riceli Carthusiani cognomento doctoris extatici,
autore Alardo Aemstelredamo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

vsui futura; quippe ad quam omnia utriusque testamen-
ti oracula, cuius sub oculis ponenda, semper in nu-
merato est habenda. Denique semper ad verbum edis-
cenda, tanquam ad sua domicilia possent referri. Ni-
mirum habet aliquā sedulitatis laudem. Dionysius qd
non grauatus est tot libellorum locos longe obscurissi-
mos, accuratius expendere, conferre que: & in hunc col-
lationum aceruum, vnde qd ex tam varijs libris conge-
rere. Quod si modus epistolæ pateretur censuram no-
stram & in Acta quoq; proferremus. At illud vel inuiti
cogimur adiūcere. Quibus non vacat, aut si maxime va-
cet euoluere, non adsunt ingentia commentariorum la-
titudinaria, studioq; habent compendiarias lectoris an-
notationulas, ad has nihil & que conducere, atq; Dio-
nysii hoc opusculum exiguum quidem, sed cui pauca in
hoc genere, in utilitate anteponas. Dominus Iesus v.
m p. t. quam diutissime tueatur incolumem: cui me totum
indedo, Coloniae ex monasterio nfo Carthusiano Nata
lii sancti Hugonis Carthusiani episcopi Lyncoliensis in
Anglia. 1532.

Encomium D. Dionysij Riceli Carthusiani cog-
nomento doctoris extatici, auctore Alardo
Aemstelredamo.

Si bona pars sacræ scripturæ creditur esse
Afflatus, superum numine proueniens
Quo sine cœlestis frusta penetralia mentis
Vestiges, acri præditus ingenio
Iure sibi celsum Dionysius occupat arcem,
Qua sacer æthereo spiritus axe venit
Sæpius extaticus plus septem permanet horas
Vivit, & est vitæ nescius ipse suæ,
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum
Corpore seclusa est mens fruitura deo.]
Redditus inde sibi, cœlesti numine plenus
Plenus & afflatus, spirat ubique deum
Tum sacra diuino diffundit pectore verba
Quæ damus his doctis exutienda libris.

Aa v